

IOANNES EPISCOPVS VERDENSIS.



Oannes de Atzel dictus à teneris annis opera literis nauauit, atq; in ijs magnam eruditionē nactus est. Vnde cum se legendō & disputando in Academijs exercuisset, Doctor Canonum factus est. Huic eruditioni etiam uitæ innocētiā & morum castitatem coniūxit. Itaq; in ordine 48 præful Verdensis electus est. Eam Ecclesiam mirum in modum bellorum tumultibus attritā sua prudentia utcunq; restituit. Cum autem eius aduersarij nihilominus eum laceſſere pergeret, ipſe armis neglectis alia ratione ipsiſis resistere statuit. nam eos excommunicauit & sacris officijs priuauit. quibus multos in officio continuuit. Cum autē

Premensis præful ea negligeret, atq; eius ditionem inuaderet, arma comprehendit, atq; contra hostes uictoriā obtinuit. Erat hic Friderico Cæſari acceptissimus. unde eum ſæpius ad ſe uocauit, atq; dimiſſum priuilegijs exornauit. Cum is hoc modo per 43 annos magna laude ſuam Ecclesiā adminifraſet, atq; iam ſenio confectus eſſet, anno 1470 uiuens ſuum officium regnauit, atq; quietiorem uitam elegit. in qua paulo pōſt fœliciter decessit. Ano. Crantz.